



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XIV. De exemplis Prophetarum & Martyrum patientiam nobis commendantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

Occidite inimicos istos, alioquin ipsi occident vos. Erunt vobis fudes in oculis, lancea in latere, serpens in via, & ursa in semita, si non occideritis eos.

Mortificatio
proprie
voluntatis
quam
necessaria.

Non sinent vos dormire in lectulo pacificæ conscientie, & pacem auferent de corde terræ vestræ; quia isti sunt, qui conturbant Israel; hoc est, fidelem animam, Deum videre cupientem. Admonui vos. Videte igitur, quomodo caute ambuletis, quoniam dies mali sunt, & abstinete ab omni specie mala.

Ephes. s.

CAP. XIV. De exemplis Prophetarum & Martyrum, quibus docetur patientia.

Proposui vobis Patriarchas: & si parum est, adducam Prophetas, quoniam ipsi tribulationes multas experti sunt in hoc seculo nequam.

Primus dicit: *Tribulationem Psal. 114.*
& dolorem inveni, & nomen Domini invocavi. *Tribulatio & Psal. 118.*
angustia invenerunt me, mandata tua non sum oblitus. *Multa Psal. 33.*

tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Exemplo
Prophe-
tarum
patientia
in tribu-
latione
exercen-
da.

Psal. 119

Thren. 1.

Considerate tamen vim verborum, quia Propheta in seipso semper invenit laborem & dolorem: sed consilium evadendi habuit, cum ad Deum in omni pressura cordis sui clamavit. Hic iterum dixit: *Ad Dominum cum tribularer clamavi, & exaudivit me.*

Secundus dicit: *Ego plorans ploravi, & oculus meus deducens aquam; quis longe factus est à me consolator, convertens animam meam. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio. Confregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere. Et repulsa est anima mea, oblitus sum bonorum. Et dixi, Perit finis meus, & spes mea à Domino.*

Attende verba ista, quia verba lamentationis sunt, & scripsit hæc Hieremias Propheta.

Sed consolationem suam etiam invenit, cum iterum subdit:

*Pars mea Dominus, dixit anima Thren. 2.
mea, propterea expectabo eum.
Bonus est Dominus sperantibus
in eum, anima quarenti illum,
quia non in sempiternum repel-
lit Dominus.*

*Tertius dicit: Va mihi, quia Mich. 7.
factus sum, sicut qui colligit in
autumno racemos vindemia.
Non est botrus ad comedendum,
immaturas ficus desideravit a-
nima mea. Perit sanctus de ter-
ra, & rectus in hominibus non
est.*

*Consolatur tamen seipsum,
dicens: Ego autem ad Dominum
aspiciam, & expectabo Deum
salvatorem meum, Audiet me
Deus meus. Cum sedero in tene-
bris, Dominus lux mea est. Iram
Domini portabo, quoniam pec-
cavi ei. Educet me in lucem,
videbo justitiam ejus.*

*Ecce testimonia Prophetarum,
quomodo sunt compuncta
corda eorum, & qualiter in Deo
sunt consolati spiritus ipsorum.*

*Patientiam Job etiam noscitis.
Magnum utique patientiæ spe-
culum, datum omnibus servis*

meis in solatium. Alias quoque Sanctorum passiones, persecutiones, & tentationes non ignoratis.

Item exemplo
Ss. Martyrum.

Hi namque omnes, & maxime sancti Martyres, gravioribus sunt probati suppliciiis, & per patientiam sunt persecutorum suorum facti victores.

2. Tim. 2.

Nonne si bene perpenditis, nemo dignus erit coronari, qui non legitime videtur certare? Et enim in certamine probatur bonus miles. Deponite certamina tentationum & conflictus tribulationum, & nulla erit victoria. Et si nulla victoria, recte nulli debetur mercedis corona.

Iacobi 1.

Dicit ergo S. Iacobus Apostolus: *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.*

1. Petr. 3.

Et S. Petrus: *Si quid patimini propter iustitiam, beati.*

Phil. 1.

Et Paulus: *Quia vobis donatum est in Christo, ut non solum in eum credatis, sed pro illo patiamini.*

Tu quoque horum admonitus exemplis & doctrinis, omni tempore patientiam in corde serva;

TABERNACULIS. 765
serua; & in omni tribulatione &
angustia te ipsum mihi resigna.

Quis tibi nocere poterit, si *1. Petr. 3.*
bonus æmulator virtutis fueris?
Ecce omnes gemitus tui nume-
rati sunt; & tam paruum nihil pa-
teris, pro quo non coronaberis.

In tribulatione positus, me-
mento, quod hæc est via Sancto-
rum, per quam transitur ad reg-
na coelorum.

CAP. XV. *Commendatur Pa-
tientia consideratione uti-
litatis, laboris momen-
tanei, & mercedis
æterna.*

CONSOLARE etiam te ipsum,
quia Christo Jesu Domino
tuo in hoc assimilaris, & gratias
age, si modicum illi retribuere
possis.

Dico tibi, quoniam majoris *Majoris*
meriti est adversa pati, quàm *meriti est*
bona operari. *mala pa-*

Quàm plurimos servos ego vi-
deor habere, sed parum possunt
sustinere. Modica tribulatione
franguntur, pauca contumelia
ti, quam
bona o-
perari.